Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8457
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

ita ut in errorem ducat
si fieri potest etiam electi.
Ecce predixi vob. Si ergo
dixerint vob ecce in deserto
est nolite exire; ecce in
penetralibus nolite credere.
Sicut enim fulgur exit ab
oriente et paret usque in
occidente; ita erit et adventus
filij hominis. Ubicunque
fuerit corpus; illuc con
gregabuntur et aquile.
Statim autem post tribu
lationem dierum illorum sol
obscurabitur; et luna non
dabit lumen suum, et stelle
cadent de celo, et virtutes ce
lorum movebuntur.
et tunc parebit signum
filij hominis in celo. Et
tunc plangent se omnes
tribus terre; et videbunt filium
hominis venientem in nu
bibus celi, cum virtute magna
et maiestate. Et mittet
angelos suos cum tuba
et voce magna; et con
gregabunt omnes electos eius a quatuor ven
tis; a summis celorum
usque ad terminos eorum.
Ab arbore autem fici di
scite parabolam. Cum
ramus tenuis fuerit et
folia nata scitis quia prope
est estas; ita et vos cum
videritis hec omnia fieri
scitote quia prope est in ja
nuis. Amen dico vobis;
quia non preteribit gene
ratio hec donec omnia fiant.
Celum et terra transibunt,
verba autem mea non pre
teribunt.

Propicio. sec. Esto domine supplicationibus nris, et populi tui oblationibus precibusque suscepti omnium nostrum ad te corda convertere; ut a terrenis cupiditatibus liberati ad celestia desideria transeamus. post co.

Concede nobis domine quesumus ut per hec sacramenta que sumpsimus quicquid in nra mente vitiosum est medicationis dono curetur. Per dominum nostrum.